

**Sancta Missa Rubrics 1960 - 1960**

[Compare](#) [Divinum Officium](#)  [↓](#) [↑](#) [Ordo](#) [Kalendarium](#) [Options](#)

[Ante](#) Missam

[Top](#) [Next](#)

1

**Benedictio Palmarum**

*Hora competenti, in choro post Tertiam, omissa aspersione aquæ, proceditur ad benedicendum ramos palmarum seu olivarum, sive aliarum arborum. Color paramentorum est rubeus. Celebrans induitur amictu, alba, cingulo, stola et pluviali; ministri sacri amictu, alba, cingulo, subdiaconus insuper tunicella, diaconus stola et dalmatica. Celebrans induitur amictu, alba, cingulo, stola et pluviali, vel manet sine casula.*

*Rami, nisi ab ipsis fidelibus iam in manibus teneantur, parentur super abacum, tobalea alba coopertum, et positum in opportuniore loco presbyterii, ita tamen, ut maneat in conspectu populi. Omnibus rite dispositis, celebrans, cum ministris sacris, seu ministrantibus, facta altari debita reverentia, sistit retro abacum, versus populum. Interim vero cantatur sequens*

*Matt 21:9*

*Ant.* Hosánna filio David: benedíctus, qui venit in nómine Dómini. O Rex Israë!:  
Hosánna in excélsis.

*Ÿ.* Dóminus vobíscum.

*℞.* Et cum spíritu tuo.

*In sequenti oratione celebrans dicat, prout qualitati ramorum congruit, hos palmarum ramos, vel hos olivarum ramos, vel hos arborum ramos, vel hos palmarum et olivarum ramos, aut hos palmarum ((olivarum)) et aliarum arborum ramos.*

**O**rémus.

Bene ✠ dic, quæsumus, Dómine, hos palmárum (seu olivárum aut aliarum arborum) ramos: et præsta; ut, quod pópulus tuus in tui veneratióne hodiérna die corporáliter agit, hoc spiritúaliter summa devotióne perficiat, de hoste victóriam reportádo et opus misericórdiæ summóperè diligéndo. Per Christum Dóminum nostrum.

**The Blessing of the Palms,**

*The priest in red cope, with his ministers also vested in red, proceeds to the blessing of palms, or of branches of olive or other trees which are placed in front or on the epistle side of the altar.*

*Matt 21:9*

*Ant.* Hosanna to the Son of David Blessed is He that cometh in the Name of the Lord. O King of Israel: Hosanna in the highest

*Then the priest, standing on the epistle side, his hands joined, turning towards the faithful, sings:*

*Ÿ.* The Lord be with you.

*℞.* And with thy spirit.

**L**et us pray.

Bless, ✠ we beseech Thee, O Lord, these branches of palm - or olive or other trees: - and grant that what Thy people today bodily perform for Thy honor, they may perfect spiritually with the utmost devotion, by gaining the victory over the enemy, and ardently loving every work of mercy.

*Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.*

*℞.* Amen.

*℞. Amen.*

*Tunc celebrans primum ter aspergit ramos, super abacum positos, postea, ad cancellos, ramos fidelium, ubi ipsi, ut dictum est, ramos iam in manibus portant, nisi placuerit horum aspersionem facere transeundo per aulam ecclesiæ. Deinde celebrans ponit incensum in thuribulo, more solito, et primum ter adolet ramos benedictos super abacum positos, postea, ad cancellos, vel transeundo per aulam ecclesiæ, incensat ramos fidelium. Ministri sacri, vel ministrantes, celebrantem comitantur; tam in aspersione, quam in incensatione ramorum, fimbriam pluvialis tenentes.*

[Top](#) [Next](#)

2

### ***De distributione ramorum***

*Completa benedictione, fit ramorum distributio, secundum locorum consuetudinem.*

*Itaque, celebrans, stans in suppedaneo altaris, versus populum, adiuvantibus ministris sacris, vel ministrantibus, dat ramos benedictos primum omnibus clericis per ordinem, deinde ministrantibus, denique, ad cancellos, fidelibus.*

*Et cum inceperit distribuere, cantantur sequentes antiphonæ et psalmi, hoc modo:*

*Ant. Púeri Hebræórum, portántes ramos olivárum, obviáverunt Dómino, clamántes et dicéntes: Hosánna in excélsis.*

*Psalmus 23:1-2; 23:7-10*

**D**ómini est terra et plenitúdo eius, orbis terrárum et univérsi qui hábitant in eo. Quia ipse super mária fundávit eum et super flúmina præparávit eum.

*Ant. Púeri Hebræórum, portántes ramos olivárum, obviáverunt Dómino, clamántes et dicéntes: Hosánna in excélsis.*

**A**ttóllite portas, príncipes, vestras: et elevámini, portæ æternáles: et introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.

*Ant. Púeri Hebræórum, portántes ramos olivárum, obviáverunt Dómino, clamántes et dicéntes: Hosánna in excélsis.*

**A**ttóllite portas, príncipes, vestras: et elevámini, portæ æternáles: et introíbit rex

### ***Distribution of the branches***

*Ant. The Hebrew children bearing olive branches, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.*

*Ps 23:1-2; 23:7-10*

**T**he earth is the Lord's and the fullness thereof: the world and all they that dwell therein. For He hath founded it upon the seas: and hath prepared it upon the rivers.

*Ant. The Hebrew children bearing olive branches, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.*

**L**ift up your gates, O ye princes, and be ye lifted up, O eternal gates: and the King of Glory shall enter in. Who is this King of Glory? The Lord who is strong and mighty: the Lord mighty in battle.

*Ant. The Hebrew children bearing olive branches, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.*

**L**ift up your gates, O ye princes, and be ye lifted up, O eternal gates: and the King of Glory shall enter in.

Who is this King of Glory? The Lord of hosts, he is the King of Glory.

*Ant. The Hebrew children bearing olive branches, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.*

*℣. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost.*

*℞. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.*

*Ant. The Hebrew children bearing olive*

glóriae.

Quis est iste rex glóriae? Dóminus virtútum ipse est rex glóriae.

*Ant.* Púeri Hebræórum, portántes ramos olivárum, obviáverunt Dómino, clamántes et dicéntes: Hosánna in excélsis.

Ÿ. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

*R.* Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

*Ant.* Púeri Hebræórum, portántes ramos olivárum, obviáverunt Dómino, clamántes et dicéntes: Hosánna in excélsis.

branches, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.

[Top](#) [Next](#)

3

### *Psalmus 46*

*Ant.* Púeri Hebræórum vestiménta prosternébant in via, et clamábant dicéntes: Hosánna filio David; benedíctus qui venit in nómine Dómini.

**O**mnes gentes pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis, rex magnus super omnem terram.

*Ant.* Púeri Hebræórum vestiménta prosternébant in via, et clamábant dicéntes: Hosánna filio David; benedíctus qui venit in nómine Dómini.

**S**ubiécit pópulos nobis: et gentes sub pédibus nóstris.

Elegit nobis hereditátem suam: spéciem Iacob quam diléxit.

*Ant.* Púeri Hebræórum vestiménta prosternébant in via, et clamábant dicéntes: Hosánna filio David; benedíctus qui venit in nómine Dómini.

**A**scéndit Deus in iúbilo: et Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: psállite regi nostro, psállite.

*Ant.* Púeri Hebræórum vestiménta prosternébant in via, et clamábant dicéntes: Hosánna filio David; benedíctus qui venit in nómine Dómini.

**Q**uóniam rex omnis terræ Deus: psállite sapiénter.

Regnábít Deus super gentes: Deus sedit super sedem sanctam suam.

*Ant.* Púeri Hebræórum vestiménta prosternébant in via, et clamábant dicéntes: Hosánna filio David; benedíctus qui venit in

### *PSALM 46*

*Ant.* The Hebrew children laying their clothes on the road, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.

**O** clap your hands, all ye nations: shout unto God with the voice of joy. For the Lord is high, terrible: a great king over all the earth.

*Ant.* The Hebrew children laying their clothes on the road, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.

**H**e hath subdued the people under us: and the nations under our feet. He hath chosen for us His inheritance: the beauty of Jacob which He hath loved.

*Ant.* The Hebrew children laying their clothes on the road, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.

**G**od is ascended with jubilee: and the Lord with the sound of trumpet. Sing praises to our God, sing ye: sing praises to our king, sing ye.

*Ant.* The Hebrew children laying their clothes on the road, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.

**F**or God is the king of all the earth: sing ye wisely. God shall reign over the nations: God sitteth on His holy throne.

*Ant.* The Hebrew children laying their clothes on the road, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.

**T**he princes of the people are gathered

nómine Dómini.

**P**rincipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham: quóniam Dei fortes terræ vehemēter elevati sunt.

*Ant.* Púeri Hebræórum vestiménta prosternébant in via, et clamábant dicétes: Hosánna filio David; benedíctus qui venit in nómine Dómini.

*Ÿ.* Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto.

*Ř.* Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

*Ant.* Púeri Hebræórum vestiménta prosternébant in via, et clamábant dicétes: Hosánna filio David; benedíctus qui venit in nómine Dómini.

*Quæ si non sufficiant, repetantur quousque distributio finiatur; si ! autem finiatur prius, clauditur cum Gloria Patri, et repetitur ! antiphona.*

[Top](#) [Next](#)

### **De lectione Evangelica**

*Ramorum distributione peracta, et abaco remoto, celebrans lavat ! manus, nihil dicens; deinde, ascendens altare, osculatur illud in medio, ! et ponit incensum in thuribulo, more solito. Diaconus defert librum ! Evangeliorum ad altare eumque deponit super illud et fiunt omnia ut in ! Missa quando Evangelium decantandum est. Celebrans omnia peragat, ut de ! more, quando sacerdos solus Missam celebrat in cantu.*

**M**unda cor meum ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

*Postea accipit librum de Altari, et rursus genuflexus petit benedictionem a Sacerdote, dicens:*

*D.* Iube, domne, benedícere.

*Sacerdos respondet:*

*S.* Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis: ut digne et competéter annúnties Evangélium

suum: In nómine Patris, et Filii, ✠ et Spirítus Sancti. Amen.

*Et, accepta benedictione, osculatur manum Celebrantis: et cum aliis Ministris, incenso et*

together: with the God of Abraham. For the strong gods of the earth: are exceedingly exalted.

*Ant.* The Hebrew children laying their clothes on the road, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.

*Ant.* The Hebrew children laying their clothes on the road, went forth to meet the Lord, crying out and saying, Hosanna in the highest.

4

*When the palms have been distributed the deacon puts the gospel book on the altar and the priest puts incense into the thurible. The prayer Munda Cor is said as usual, and the Gospel is sung by the deacon with all the ceremonies usual at High Mass.*

**C**leanse my heart and my lips, O almighty God, who didst cleanse the lips of the prophet Isaías with a burning coal, and vouchsafe, through Thy gracious mercy, so to purify me, that I may worthily announce Thy holy Gospel. Through Christ our Lord.

*Ř.* Amen.

*Afterwards he takes the book from the altar, and again kneeling down before the priest, asks his blessing, saying:*

*D.* Sir, give me thy blessing.

*The priest answers:*

*P.* The Lord be in thy heart and on thy lips, that thou mayest worthily and in a becoming manner, proclaim His holy Gospel. In the

Name of the Father, and of the Son, ✠ and of the Holy Spirit. Amen.

*Then, turning back to towards the book, with his hands joined, the priest -- at Solemn Masses the deacon -- says:*

*P.* The Lord be with you.

*S.* And with thy spirit.

**Gospel**

*luminaribus a ccedens ad locum Evangelii, stans iunctis manibus, dicit:*

*Ÿ. Dóminus vobíscum.*

*℞. Et cum spíritu tuo.*

### **Evangelium**

Sequéntia + sancti Evangelíi secúndum Matthæum.

*℞. Glória tibi, Dómine.*

*Matt 21:1-9*

In illo témpore: Cum appropinquásset Iesus Ierosólymis, et venisset Bethphage ad montem Olivéti: tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim invenietis ásinam alligátam et pullum cum ea: sólvite et addúcite mihi: et si quis vobis áliquíd dixerit, dicite, quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimíttet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur, quod dictum est per Prophétam, dicéntem: Dícite filiæ Sion: Ecce, Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam et pullum, filium subiugális. Eúntes autem discipuli, fecerunt, sicut præcépít illis Iesus. Et adduxérunt ásinam et pullum: et imposuérunt super eos vestiménta sua, et eum désuper sedere tecerunt. Plúrima autem turba straverunt vestiménta sua in via: álii autem cædebant ramos de arbóribus, et sternébant in via: turbæ autem, quæ præcedébant et quæ sequebántur, clamábant, dicéntes: Hosánna filio David: benedictus, qui venit in nómine Dómini.

*℞. Laus tibi, Christe!*

*S. Per Evangélica dicta, deleántur nostra delícta.*

*Evangelio finito, subdiaconus defert librum osculandum celebranti, qui non incensatur a diacono.*

Continuation + of the holy Gospel according to Matthew.

*℞. Glory be to Thee, O Lord.*

*Matt 21:1-9*

At that time, when Jesus drew nigh to Jerusalem, and was come to Bethphage, unto Mount Olivet, then He sent two disciples, saying to them: Go ye into the village that is over against you, and immediately you shall find an ass tied, and a colt with her: loose them and bring them to Me. And if any man shall say anything to you, say ye, that the Lord hath need of them: and forthwith he will let them go. Now all this was done that it might be fulfilled which was spoken by the prophet, saying: Tell ye the daughter of Sion: Behold thy King cometh to thee, meek, and sitting upon an ass, and a colt the foal of her that is used to the yoke. And the disciples going, did as Jesus commanded them. And they brought the ass and the colt, and laid their garments upon them, and made him sit thereon. And a very great multitude spread their garments in the way: and others cut boughs from the trees, and strewed them in the way, and the multitudes that went before and that followed, cried, saying: Hosanna to the Son of David: Blessed is He that cometh in the name of the Lord.

*℞. Praise be to Thee, O Christ.*

*S. By the words of the Gospel may our sins be blotted out.*

[Top](#) [Next](#)

5

### **De processione cum ramis benedictis**

*His peractis, celebrans ponit incensum in thuribulo, more solito. Deinde diaconus, vertens se ad populum, dicit:*

*Ÿ. Procedámus in pace.*

*Respondent omnes:*

*℞. In nómine Christi. Amen.*

*Et incipit processio. Præcedit thuriferarius ! cum thuribulo fumigante, deinde alter ! subdiaconus paratus, vel acolythus, aut unus ! ex ministrantibus, deferens crucem*

### **The Procession of Palms**

*The procession now takes place. When the priest places incense in the thurible, the deacon, turning toward the people, sings, the choir responding:*

*Ÿ. Let us go forth in peace.*

*℞. In the name of Christ. Amen.*

*The thurifer precedes with the smoking censer, followed by the subdeacon, bearing the processional cross between two acolytes carrying lighted candles. Then follow the*

*non velatam, ! medius inter duos acolythos, vel ministrantes ! cum candelabris accensis; sequitur ! clerus per ordinem, ultimo celebrans ! cum diacono et subdiacono, post eos fideles, ! ramos benedictos manibus gestantes.*

*Processio dirigatur, si fieri potest, extra ! ecclesiam, per aliquam viam longiorem. ! Sicubi vero habeatur altera ecclesia, in qua ! ramorum benedictio commode peragi possit, ! nihil impedit, quominus benedictio eorum ! ibi fiat, et deinde processio pergat ad ! ecclesiam principalem.*

*Incipiente processione, cantari possunt ! antiphonæ sequentes, omnes, vel aliquæ, ! pro opportunitate.*

**O**ccurrunt turbæ cum flôribus et palmis Redemptóri óbviam: et victóri triumphánti digna dant obséquia: Fílium Dei ore gentes prædicant: et in laudem Christi voces tonant per núbila: «Hosánna in excélsis».

**C**um Angelis et pûeris fidéles inveniántur, triumphatóri mortis damántes: «Hosánna in excélsis».

**T**urba multa, quæ convénerat ad diem festum, clamábat Dómino: Benedictus, qui venit in nómine Dómini: «Hosánna in excélsis».

*Luc 19:37, 38*

**C**œpérunt omnes turbæ descendéntium gaudéntes laudáre Deum voce magna, super ómnibus quas víderant virtútibus, dicéntes: «Benedíctus qui venit Rex in nómine Dómini; pax in terra, et glória in excélsis».

*Progrediente processione, cantatur sequens ! hymnus, populo, si fieri potest, duos ! primos versus continuo repetente, ut infra ! notatur:*

[Top](#) [Next](#)

### ***Hymnus ad Christum Regem***

*Chorus:*

**G**lória, laus et honor tibi sit, Rex Christe, Redemptor: Cui pueríle decus prompsit Hosánna pium.

*Omnes:*

Glória, laus et honor tibi sit, Rex Christe, Redemptor: Cui pueríle decus prompsit Hosánna pium.

*Chorus:*

*clergy in order of rank, then the celebrant with the deacon on his left. Where it is custom for the people to join the procession, they follow the celebrant. All carry palms, and all or some of them sing the following anthems, hymns, and Psalms, during the whole time the procession lasts.*

**T**he multitude goeth forth to meet our Redeemer with flowers and palms, and payeth the homage due to a triumphant Conqueror: the Gentiles proclaim the Son of God; and their voices thunder through the skies in praise of Christ: Hosanna in the highest!

**L**et the faithful join with the Angels and children singing to the Conqueror of death: Hosanna in the highest!

**A** great multitude that was met together at the festival cried out to the Lord: Blessed is He that cometh in the Name of the Lord: Hosanna in the highest!

**N**ear the descent the whole multitude began with joy to praise God with a loud voice for all the mighty works they had seen, saying: Blessed be the King who cometh in the name of the Lord; peace on earth and glory on high.

6

### ***HYMN TO CHRIST THE KING***

**G**lory, praise and honor to Thee, O King Christ, the Redeemer: to whom children poured their glad and sweet hosanna's song.

**R.** Glory, praise and honor to Thee, O King Christ, the Redeemer: to whom children poured their glad and sweet hosanna's song.

**H**ail, King of Israel! David's Son of royal fame! Who comest in the Name of the Lord, O blessed King.

**I**sraël es tu Rex, Davidis et inclita proles:  
Nómine qui in Dómini, Rex benedícte, venis.

*Omnes:*

Glória, laus et honor tibi sit, Rex Christe,  
Redémptor: Cui pueríle decus prompsit  
Hosánna pium.

*Chorus:*

**C**ætus in excélsis te laudat cælicus omnis,  
Et mortális homo, et cuncta créata simul.

*Omnes:*

Glória, laus et honor tibi sit, Rex Christe,  
Redémptor: Cui pueríle decus prompsit  
Hosánna pium.

*Chorus:*

**P**lebs Hebræa tibi cum palmis óbvia venit:  
Cum prece, voto, hymnis, ádsumus ecce tibi.

*Omnes:*

Glória, laus et honor tibi sit, Rex Christe,  
Redémptor: Cui pueríle decus prompsit  
Hosánna pium.

*Chorus:*

**H**i tibi passúro solvébant múnia laudis: Nos  
tibi regnánti pángimus ecce melos.

*Omnes:*

Glória, laus et honor tibi sit, Rex Christe,  
Redémptor: Cui pueríle decus prompsit  
Hosánna pium.

*Chorus:*

**H**i placuére tibi, pláceat devótio nostra: Rex  
bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent.

*Omnes:*

Glória, laus et honor tibi sit, Rex Christe,  
Redémptor: Cui pueríle decus prompsit  
Hosánna pium.

**R**. Glory, praise and honor to Thee, O King  
Christ, the Redeemer: to whom children  
poured their glad and sweet hosanna's song.

**T**he Angel host laud Thee on high, On earth  
mankind, with all created things.

**R**. Glory, praise and honor to Thee, O King  
Christ, the Redeemer: to whom children  
poured their glad and sweet hosanna's song.

**W**ith palms the Jews went forth to meet  
Thee. We greet Thee now with prayers and  
hymns.

**R**. Glory, praise and honor to Thee, O King  
Christ, the Redeemer: to whom children  
poured their glad and sweet hosanna's song.

**O**n Thy way to die, they crowned Thee with  
praise. We raise our song to Thee, now King  
on high.

**R**. Glory, praise and honor to Thee, O King  
Christ, the Redeemer: to whom children  
poured their glad and sweet hosanna's song.

**T**heir poor homage pleased Thee, O gracious  
King! O clement King, accept too ours, the  
best we can bring.

**R**. Glory, praise and honor to Thee, O King  
Christ, the Redeemer: to whom children  
poured their glad and sweet hosanna's song.

[Top](#) [Next](#)

7

*Ant.* Omnes colláudant nomen tuum, et  
dicunt: «Benedíctus qui venit in nómine  
Dómini: Hosánna in excélsis».

**Psalmus 147**

**L**auda, Ierúsalem, Dóminum: \* lauda Deum  
tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum:  
\* benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: \* et ádipe  
fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: \* velóciter  
currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam: \* nébulam sicut

*Ant.* All praise Thy name highly and say:  
Blessed is He who cometh in the name of the  
Lord: Hosanna in the highest.

**PSALM 147**

**P**raise the Lord, O Jerusalem: \* praise thy  
God, O Sion.

Because He hath strengthened the bolts of  
thy gates: \* He hath blessed thy children  
within thee.

Who hath placed peace in thy borders: \* and  
filleth thee with the fat of corn.

Who sendeth forth His speech to the earth: \*  
His word runneth swiftly.

cínerem spargit.  
Mittit crystallum suam sicut buccéllas: \* ante  
fáciem frígoris eius quis sustinébit?  
Emíttet verbum suum, et liquefáciét ea: \*  
flabit spíritus eius, et fluent aquæ.  
Qui annúntiat verbum suum Iacob: \* iustítias,  
et iudícia sua Israël.  
Non fecit táliter omni natióni: \* et iudícia sua  
non manifestávit eis.  
*℣.* Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto.  
*℞.* Sicut erat in princípío, et nunc, et semper,  
et in sæcula sæculórum. Amen.  
*Ant.* Omnes colláudant nomen tuum, et  
dicunt: «Benedíctus qui venit in nómine  
Dómini: Hosánna in excélsis».

Who giveth snow like wool: \* scattereth  
mists like ashes.  
He sendeth His crystal like morsels: \* Who  
shall stand before the face of His cold?  
He shall send out His Word and shall melt  
them: \* His wind shall blow and the waters  
shall run.  
Who declareth His word to Jacob: \* His  
justice and His judgements to Israel.  
He hath not done in like manner to every  
nation: \* and His judgements He hath not  
made manifest to them.  
*Ant.* All praise Thy name highly and say:  
Blessed is He who cometh in the name of the  
Lord: Hosanna in the highest.

[Top](#) [Next](#)

8

*F*ulgéntibus palmis prostérnimur adveniénti  
Dómino: huic omnes occurrámus cum  
hymnis et cánticis, glori ficántes et dicétes:  
«Benedíctus Dóminus».

*A*ve, Rex noster, Fili David, Redémptor  
mundi, quem prophéta prædixerunt  
Salvatórem dómui Israël esse ventúrum. Te  
enim ad salutárem víctimam Pater misit in  
mundum, quem exspectábant omnes sancti  
ab origine mundi, et nunc: «Hosánna Fílio  
David. Benedíctus qui venit in nómine  
Dómini. Hosánna in excélsis».

*Nihil impedit, quominus cantetur a ! fidelibus  
hymnus Christus vincit, vel alius ! cantus in  
honorem Christi Regis.*

*We* are strewn with the shining palms before  
the Lord as He approacheth; let us all run to  
meet Him with hymns and songs, glorify  
Him and say: Blessed be the Lord!

*H*ail, our King, O Son of David, O world's  
Redeemer, whom prophets did foretell as the  
Saviour to come of the house of Israel. For  
the Father sent Thee into the world as victim  
for salvation; from the beginning of the  
world all the saints awaited Thee: Hosanna  
now to the Son of David! Blessed be He who  
cometh in the name of the Lord. Hosanna in  
the highest.

[Top](#) [Next](#)

9

*Intrante processione in ecclesiam, ! dum  
celebrans per valvas ecclesie transit, !  
incipitur ultima antiphona.*

*I*ngrediénte Dómino in sanctam civitátem,  
Hebræórum púeri resurrecciónem vitæ  
pronuntiántes,  
Cum ramis palmárum: «Hosánna, clamábant,  
in excélsis».  
Cum audisset pópulus, quod Iesus veniret  
Ierosólymam, exiérunt óbviam ei.  
Cum ramis palmárum: «Hosánna, clamábant,  
in excélsis».

*If the procession has gone outside, it may be  
custom in some places for the subdeacon to  
knock thrice on the door of the church with  
the shaft of the processional cross. The door  
is opened, and the procession enters the  
church, singing:*

### **RESPONSORY**

*A*s our Lord entered the holy city, the  
Hebrew children, declaring the resurrection  
of life,  
*℞.* With palm branches, cried out: Hosanna in  
the highest.

*℣.* When the people heard that Jesus was  
coming to Jerusalem, they went forth to meet  
Him:

**R.** With palm branches, cried out: Hosanna in the highest.

[Top](#) [Next](#)

10

*Celebrans, cum ad altare advenerit, ! facta debita reverentia, illud ascendit cum ministris ! sacris, et, stans medius inter illos, versus ! populum, clerico librum tenente, dicit, ! in tono feriali, orationem ad complendam ! processionem, manibus iunctis.*

*Ministrantes serviunt ad librum, et ! omnia fiunt, ut supra dictum est.*

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spírítu tuo.

**O**remus.

Dómine Iesu Christe, Rex ac Redémptor noster, in cuius honórem, hoc ramos gestántes, solémnes laudes decantávimus: concéde propítius ut, quocúmque hi rami deportáti fúerint, ibi tuæ benedictiónis grátia descéndat, et quavis dæmonum iniquitáte vel illusióne profligáta, dèxtera tua prótegat, quos redémit: Qui vivis et regnas in sǎcula sǎculórum.

*Omnes:*

**R.** Amen.

*Oratione finita, celebrans et ministri, ! facta debita altari reverentia, deponunt paramenta ! rubea, assumentes, pro Missa, violacea.*

*Rami non tenentur manibus, dum in ! Missa historia Passionis Domini cantatur ! vel legitur.*

*The celebrant reaches the altar, turns to the people, and sings:*

**V.** The Lord be with you.

**R.** And with thy spirit.

**L**et us pray.

**O** Lord Jesus Christ, our King and Redeemer, in whose honor we have borne these palms and gone on praising Thee with song and solemnity: mercifully grant that whithersoever these palms are taken, there the grace of Thy blessing may descend; may every wickedness and trick of the demons be frustrated; and may Thy right hand protect those it hath redeemed. Who livest and reignest for ever and ever.

**R.** Amen.

*The sacred Ministers now change from red to purple vestments for the Mass.*

[Top](#) [Next](#)

11

### **Incensatio**

Benedícite, pater reverénde

Ab illo bene **✠** dicáris, in cuius honóre cremáberis. Amen.

### **Incense**

Bless, reverend father!

Be blessed **✠** by Him in whose honor thou art burnt. Amen.

[Top](#) [Next](#)

12

### **Introitus**

*Ps 21:20 et 22.*

**D**ómine, ne longe fácias auxiliúm tuum a me, ad defénsionem meam aspice: libera me de ore leónis, et a cornibus unicórnium humilitátem meam.

*Ps 21:2*

Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquisti? longe a saluté mea verba

### **Introit**

*Ps 21:20, 22*

**O** Lord, be not far from me; O my help, hasten to aid me. Save me from the lion's mouth; form the horns of the wild bulls, my wretched life.

*Ps 21:2*

My God, my God, look upon me, why have You forsaken me? Far from my salvation are

delictórum meórum.

**D**ómine, ne longe fácias auxiliúm tuum a me, ad defénsionem meam aspice: líbera me de ore leónis, et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

the words of my sins.

**O** Lord, be not far from me; O my help, hasten to aid me. Save me from the lion's mouth; form the horns of the wild bulls, my wretched life.

[Top](#) [Next](#)

13

### **Kyrie**

*S.* Kýrie, eléison.

*M.* Kýrie, eléison.

*S.* Kýrie, eléison.

*M.* Christe, eléison.

*S.* Christe, eléison.

*M.* Christe, eléison.

*S.* Kýrie, eléison.

*M.* Kýrie, eléison.

*S.* Kýrie, eléison.

### **Kyrie**

*P.* Lord, have mercy.

*S.* Lord, have mercy.

*P.* Lord, have mercy.

*S.* Christ, have mercy.

*P.* Christ, have mercy.

*S.* Christ, have mercy.

*P.* Lord, have mercy.

*S.* Lord, have mercy.

*P.* Lord, have mercy.

[Top](#) [Next](#)

14

### **Gloria**

*omit.*

### **Gloria**

*omit.*

[Top](#) [Next](#)

15

### **Oratio**

*Ÿ.* Dóminus vobíscum.

*R.* Et cum spírítu tuo.

**O**rémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémpulum, Salvatórem nostrum carnem súmere et crucem subíre fecísti: concéde propítius; ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta et resurrectiónis consórtia mereámur.

**P**er eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*R.* Amen.

### **Collect**

*Ÿ.* The Lord be with you.

*R.* And with thy spirit.

**L**et us pray.

Almighty, eternal God, Who, to provide mankind an example of humility for it to imitate, willed that the Saviour should assume our flesh and suffer death upon the Cross, mercifully grant that we may be found worthy of the lesson of His endurance and the fellowship of His resurrection.

**T**hrough the same Jesus Christ, thy Son, Our Lord, Who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

*R.* Amen.

[Top](#) [Next](#)

16

### **Lectio**

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippénses

*Phil 2:5-11*

Fratres: Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu: qui, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo.

Humiliávit semetípsum, factus obédiens

### **Lesson**

Lesson from the letter of St. Paul to the Philippians

*Phil 2:5-11*

Brethren: Have this in mind in you which was also in Christ Jesus, Who, though He was by nature God, did not consider being equal to God a thing to be clung to, but emptied Himself, taking the nature of a slave and being made like unto men. And appearing in the form of man, He humbled

usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum: et donávit illi nomen, quod est super omne nomen: *hic genuflectitur* ut in nómine Iesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium et inférnorum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

*R.* Deo grátias.

Himself, becoming obedient to death, even to death on a cross. Therefore God also has exalted Him and has bestowed upon Him the Name that is above every name, *Kneel* so that at the Name of Jesus every knee should bend of those in heaven, on earth and under the earth and every tongue should confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father.

*R.* Thanks be to God.

[Top](#) [Next](#)

## **Graduale**

*Ps 72:24 et 1-3*

Tenuísti manum dèxteram meam: et in voluntáte tua deduxísti me: et cum glória assumpsísti me.

*V.* Quam bonus Israël Deus rectis corde! mei autem pæne moti sunt pedes: pæne effúsi sunt gressus mei: quia zelávi in peccatóribus, pacem peccatórum videns.

*Tractus 21:2-9, 18, 19, 22, 24, 32*

Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquísti?

*V.* Longe a salúte mea verba delictórum meórum.

*V.* Deus meus, clamábo per diem, nec exáudies: in nocte, et non ad insipiéntiam mihi.

*V.* Tu autem in sancto hábitas, laus Israël.

*V.* In te speravérunt patres nostri: speravérunt, et liberásti eos.

*V.* Ad te clamavérunt, et salvi facti sunt: in te speravérunt, et non sunt confúsi.

*V.* Ego autem sum vermis, et non homo: oppróbrium hóminum et abiectio plebis.

*V.* Omnes, qui vidébant me, aspernábantur me: locúti sunt lábiis et movérunt caput.

*V.* Sperávit in Dómino, erípiat eum: saluum fáciat eum, quóniam vult eum.

*V.* Ipsi vero consideravérunt et conspexérunt me: divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

*V.* Líbera me de ore leónis: et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

*V.* Qui tímétis Dóminum, laudáte eum: univérsum semen Iacob, magnificáte eum.

*V.* Annuntiábitur Dómino generatio ventúra: et annuntiábunt cæli iustítiam eius.

*V.* Pópulo, qui nascétur, quem fecit Dóminus.

## **Gradual**

*Ps 72:24, 1-3*

You have hold of my right hand; with Your counsel You guide me; and in the end You will receive me in glory.

*V.* How good God is to Israel, to those who are clean of heart! But, as for me, I almost lost my balance; my feet all but slipped, because I was envious of sinners when I saw them prosper though they were wicked.

*Tractus*

*Ps 21:2-9, 18-19, 22, 24, 32*

My God, my God, look upon me: why have You forsaken me?

*V.* Far from my salvation, are the words of my sins.

*V.* O my God, I cry out by day and You answer not; by night, and there is no relief.

*V.* But You are enthroned in the holy place, O glory of Israel!

*V.* In You our fathers trusted; they trusted and You delivered them.

*V.* To You they cried, and they escaped; in You they trusted, and they were not put to shame.

*V.* But I am a worm, not a man; the scorn of men, despised by the people.

*V.* All who see me, scoff at me; they mock me with parted lips, they wag their heads.

*V.* He relied on the Lord; let Him deliver him, let Him rescue him, if He loves him. □

*V.* But they look on and gloat over me; they divide my garments among them, and for my vesture they cast lots.

*V.* Save me from the lion's mouth; from the horns of the wild bulls, my wretched life.

*V.* You who fear the Lord, praise Him: all you descendants of Jacob, give glory to Him.

*V.* There shall be declared to the Lord a generation to come: and the heavens shall

17

show forth His justice.

✠. To a people that shall be born, which the Lord has made.

[Top](#) [Next](#)

18

## **Evangelium**

**M**unda cor meum ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti ignito: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

**D.** Iube, domne, benedícere.

**S.** Dóminus sit in córdibus vestris et in lábiis vestris: ut digne et competénter annuntiétis Evangélium suum: In nómine Patris, et Fílii,

✠ et Spiritus Sancti.

**D.** Amen.

**P**ássio Dómini nostri Iesu Christi secúndum Matthæum

**Matt 26:36-75; 27:1-60**

Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsémani, et dixit discipulis suis: **I.** Sedéte hic, donec vadam illuc et orem. **C.** Et assumpto Petro et duóbus filiis Zebedæi, cœpit contristári et mæstus esse. Tunc ait illis: **I.** Tristis est ánima mea usque ad mortem: sustinéte hic, et vigilate mecum. **C.** Et progréssus pusillum, prócidit in faciém suam, orans et dicens: **I.** Pater mi, si possíbile est, tránseat a me calix iste: Verúmtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. **C.** Et venit ad discipulos suos, et invénit eos dormiéntes: et dicit Petro: **I.** Sic non potuístis una hora vigiláre mecum? Vigiláte et oráte, ut non intrétis in tentatióne. Spíritus quidem promptus est, caro autem infirma. **C.** Iterum secúndo ábiit et orávit, dicens: **I.** Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat volúntas tua. **C.** Et venit iterum, et invénit eos dormiéntes: erant enim óculi eórum graváti. Et relictis illis, iterum ábiit et orávit tértio, eúndem sermónem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis: **I.** Dormíte iam et requiescíte: ecce, appropinquávit hora, et Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. Súrgite, eámus: ecce, appropinquávit, qui me tradet. **C.** Adhuc eo loquente, ecce, iudas, unus de duódecim, venit, et cum eo turba multa cum

## **Gospel**

**C**leanse my heart and my lips, O almighty God, who didst cleanse the lips of the prophet Isaías with a burning coal, and vouchsafe, through Thy gracious mercy, so to purify me, that I may worthily announce Thy holy Gospel. Through Christ our Lord. Amen.

**D.** Sir, give me thy blessing.

**S.** The Lord be in your hearts and on your lips, that you may worthily and in a becoming manner, proclaim His holy Gospel.

In the name of the Father, and of the Son, ✠ and of the Holy Ghost.

**D.** Amen.

**T**he Passion of Our Lord Jesus Christ according to Matthew.

**Matt 26:36-75; 27:1-60.**

Then Jesus came with them into a country place which is called Gethsemani; and He said to His disciples: **J.** Sit you here, till I go yonder and pray. **C.** And taking with Him Peter and the two sons of Zebedee, he began to grow sorrowful and to be sad. Then He saith to them: **J.** My soul is sorrowful even unto death; stay you here and watch with Me. **C.** And going a little further, He fell upon His face, praying and saying: **J.** My Father, if it be possible, let this chalice pass from Me; nevertheless, not as I will, but as Thou wilt. **C.** And He cometh to His disciples, and findeth them asleep. And He saith to Peter: **J.** What! Could you not watch one hour with Me? Watch ye, and pray that ye enter not into temptation. The spirit indeed is willing, but the flesh is weak. **C.** Again the second time, He went and prayed, saying: **J.** My Father, if this chalice may not pass away, but I must drink it, Thy will be done. **C.** And He cometh again, and findeth them sleeping, for their eyes were heavy. And leaving them, He went again and He prayed the third time, saying the self-same word. Then He cometh to His disciples, and saith to them: **J.** Sleep ye now and take your rest; behold, the hour is at

gládiis et fústibus, missi a princípibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: *S.* Quemcúmque osculátus fuero, ipse est, tenéte eum. *C.* Et conféstim accédens ad Iesum, dixit: *S.* Ave, Rabbi. *C.* Et osculátus est eum. Dixítque illi Iesus: *I.* Amice, ad quid venísti? *C.* Tunc accessérunt, et manus iniecerunt in Iesum et tenuérunt eum. Et ecce, unus ex his, qui erant cum Iesu, exténdens manum, exémít gládium suum, et percútiens servum principis sacerdotum, amputávit aurículam eius. Tunc ait illi Iesus: *I.* Convérte gládium tuum in locum suum. Omnes enim, qui accéperint gládium, gládio peribunt. An putas, quia non possum rogáre Patrem meum, et exhibébit mihi modo plus quam duódecim legiónes Angelórum? Quómodo ergo implebúntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? *C.* In illa hora dixit Iesus turbis: *I.* Tamquam ad latrónem exístis cum gládiis et fústibus comprehénderé me: cotídie apud vos sedébam docens in templo, et non me tenuístis. *C.* Hoc autem totum factum est, ut adimpleréntur Scripturæ Prophetárum. Tunc discípuli omnes, relícto eo, fugérunt. At illi tenétes Iesum, duxérunt ad Caípham, principem sacerdotum, ubi scribæ et senióres convénerant. Petrus autem sequebátur eum a longe, usque in átrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedébat cum ministris, ut vidéret finem. Principes autem sacerdotum et omne concílium quærébant falsum testimónium contra Iesum, ut eum morti tráderent: et non invenérunt, cum multi falsi testes accessíssent. Novíssime autem venérunt duo falsi testes et dixerunt: *S.* Hic dixit: Possum destrúere templum Dei, et post trídium reádicáre illud. *C.* Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: *S.* Nihil respóndes ad ea, quæ isti advérum te testificántur? *C.* Iesus autem tacébat. Et princeps sacerdotum ait illi: *S.* Adiúro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus, Fílius Dei. *C.* Dicit illi Iesus: *I.* Tu dixísti. Verúmtamen dico vobis, ámodo vidébitis Fílium hóminis sedéntem a dextris virtútis Dei, et veniéntem in núbibus cœli. *C.* Tunc princeps sacerdotum scidit vestiménta sua, dicens: *S.* Blasphemávit: quid adhuc egémus téstibus? Ecce, nunc audístis blasphemíam: quid vobis vidétur? *C.* At illi respondétes dixerunt: *S.* Reus est mortis. *C.*

hand, and the Son of Man shall be betrayed into the hands of sinners. Rise, let us go; behold, he is at hand that will betray Me. *C.* As He yet spoke, behold Judas, one of the twelve, came, and with him a great multitude with swords and clubs, sent from the chief priests and the ancients of the people. And he that betrayed Him gave them a sign, saying: *S.* Whomsoever I shall kiss, that is He; hold Him fast. *C.* And forthwith coming to Jesus, he said: *S.* Hail, Rabbi. *C.* And he kissed Him. And Jesus said to him: *J.* Friend, whereto art thou come? *C.* Then they came up and laid hands on Jesus, and held Him. And behold one of them that were with Jesus, stretching forth his hand, drew out his sword, and striking the servant of the high priest, cut off his ear. Then Jesus saith to him: *J.* Put up again thy sword into its place; for all that take the sword shall perish with the sword. Thinkst thou that I cannot ask My Father, and He will give Me presently more than twelve legions of Angels? How then shall the Scriptures be fulfilled, that so it must be done? *C.* In that same hour Jesus said to the multitudes: *J.* You are come out, as it were to a robber, with swords and clubs to apprehend Me. I sat daily with you, teaching in the temple, and you laid not hands on Me. *C.* Now all this was done that the Scriptures of the prophets might be fulfilled. Then the disciples, all leaving Him, fled. But they holding Jesus led Him to Caiphás the high priest, where the scribes and the ancients were assembled. And Peter followed Him afar off, even to the court of the high priest. And going in, he sat with the servants, that he might see the end. And the chief priests and the whole council sought false witness against Jesus, that they might put Him to death. And they found none, whereas many false witnesses had come in. And last of all there came two false witnesses; and they said: This man said, I am able to destroy the temple of God, and after three days to rebuild it. And the high priest, rising up, said to Him: *S.* Answerest Thou nothing to the things which these witness against Thee? *C.* But Jesus held His peace. And the high priest said to Him: *S.* I adjure Thee by the living God, that Thou tell us if Thou be the Christ the Son of God. *C.* Jesus saith to him: *J.* Thou hast said it. Nevertheless I say to you,

Tunc exspuérunt in fáciem eius, et cólaphis eum cecidérunt, álii autem palmas in fáciem eius dedérunt, dicétes: **S.** Prophetíza nobis, Christe, quis est, qui te percússit? **C.** Petrus vero sedébat foris in átrio: et accessit ad eum una ancílla, dicens: **S.** Et tu cum Iesu Galilæo eras. **C.** At ille negávit coram ómnibus, dicens: **S.** Nescio, quid dicis. **C.** Exeúnte autem illo iánuam, vidit eum ália ancilla, et ait his, qui erant ibi: **S.** Et hic erat cum Iesu Nazaréno. **C.** Et iterum negávit cum iuraméto: Quia non novi hóminem. Et post pusillum accessérunt, qui stabant, et dixerunt Petro: **S.** Vere et tu ex illis es: nam et loquéla tua manifestum te facit. **C.** Tunc cœpit detestári et iuráre, quia non novisset hóminem. Et contínuo gallus cantávit. Et recordátus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: Priúsqam gallus cantet, ter me negábis. Et egréssus foras, flevit amáre. Mane autem factó, consílium iniérunt omnes príncipes sacerdotúm et senióres pópuli advérsus Iesum, ut eum morti tráderent. Et vinctum adduxérunt eum, et tradidérunt Póntio Piláto præsidí. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnátus esset, pœniténtia ductus, réttulit trigínta argénteos príncipibus sacerdotúm et senióribus, dicens: **S.** Peccávi, tradens ságuinem iustum. **C.** At illi dixerunt: **S.** Quid ad nos? Tu vidéris. **C.** Et proiéctis argénteis in templo, recéssit: et ábiens, láqueo se suspéndit. Príncipes autem sacerdotúm, accéptis argénteis, dixerunt: **S.** Non licet eos mittere in córbonam: quia prétium ságuinis est. **C.** Consílio autem ínito, emérunt ex illis agrum figuli, in sepultúram peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille, Hacéldama, hoc est, ager ságuinis, usque in hodiérnum diem. Tunc implétum est, quod dictum est per Ieremíam Prophétam, dicéntem: Et accéperunt trigínta argénteos prétium appretiáti, quem appretiavérunt a filiis Israël: et dedérunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dóminus. Iesus autem stetit ante præsidem, et interrogávit eum præses, dicens: **S.** Tu es Rex Iudæórum? **C.** Dicit illi Iesus: **I.** Tu dicis. **C.** Et cum accusarétur a príncipibus sacerdotúm et senióribus, nihil respóndit. Tunc dicit illi Pilátus: **S.** Non audis, quanta advérsum te dicunt testimónia? **C.** Et non respóndit ei ad ullum verbum, ita ut mirarétur præses veheménter. Per diem

hereafter you shall see the Son of Man sitting on the right hand of the power of God, and coming in the clouds of heaven. **C.** Then the high priest rent his garments, saying: **S.** He hath blasphemed; what further need have we of witnesses? Behold, now you have heard the blasphemy. What think you? **C.** But they answering, said: **S.** He is guilty of death. **C.** Then they did spit in His face and buffeted Him; and others struck His face with the palms of their hands, saying: **S.** Propheesy unto us, O Christ, who is he that struck Thee? **C.** But Peter sat without in the court, and there came to him a servant maid, saying: **S.** Thou also wast with Jesus the Galilean. **C.** But he denied it before them all, saying: **S.** I know not what thou sayest. **C.** And as he went out of the gate, another maid saw him, and she saith to them that were there: **S.** This man also was with Jesus of Nazareth. **C.** And again he denied it with an oath: **S.** I know not the man. **C.** And after a little while, they came that stood by and said to Peter: **S.** Surely thou also art one of them; for even thy speech doth discover thee. **C.** Then he began to curse and to swear that he knew not the man; and immediately the cock crew. And Peter remembered the words of Jesus which He had said: before the cock crow, thou wilt deny Me thrice. And going forth, he wept bitterly. And when morning was come, all the chief priests and ancients of the people took counsel against Jesus, that they might put Him to death. And they brought Him bound, and delivered Him to Pontius Pilate the governor. Then Judas, who betrayed Him, seeing that He was condemned, repenting himself, brought back the thirty pieces of silver to the chief priests and ancients, saying: **S.** I have sinned in betraying innocent blood. **C.** But they said: **S.** What is that to us? Look thou to it. **C.** And casting down the pieces of silver in the temple, he departed, and went and hanged himself with a halter. But the chief priests having taken the pieces of silver, said: **S.** It is not lawful to put them into the corbona, because it is the price of blood. And after they had consulted together, they bought with them the potter's field, to be a burying-place for strangers. For this cause that field was called Haceldama, that is, the field of blood, even to this day. Then was fulfilled that which was spoken by Jeremias

